Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31266
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



·V·

post quolibet in loco suo exponendo et iterando. Sol
qui significat hominem fidelem cuius anima clara facta est ut sol.
Quando descendit ad sydus cancri descendit a loco in quo fuit.
Vel sic. Cancer est quoddam peccatum plurimos dampnans. Hec est
apostasia abtrunne. hoc est cum homo bonum incipit
vel bonum aliquod facere promittit. postea ut cancer
retrocedit. Baruch iii. A multis derelictus sum. Vere sic
multi coniugati currunt cum cancro, faciunt ut cancer qui
in die desponsationis sue mutuam sibi fidem dederunt de
fidelitate matrimoniali qui postea retrocesserunt. similiter
multe virgines que etc. Religiosi qui in die professionis or
dinem promiserunt seruare et spiritualiter tria substantialia. s.
castitatem paupertatem et obedientiam qui in aliquo retrocesserunt
sicut cancer. Similiter clerici qui in die ordinationis sue etc.
Similiter in confessione. similiter in infirmitate vel in alia an
xietate. Similiter supra modum infinitum qui in baptismo xpia
nam fidem promiserunt et opera bona pertinentia ad fidem
spoponderunt et tempore retrocesserunt. vel ab operibus vel
a fide. De talibus predictis. Os. vi. Reversi sunt ut essent
absque iugo. facti sunt ut arcus dolosus. et ve talibus. quia me
lius illis fuisset etc. iuxta illud Ieremie. Aque nemrot. i. apostasia
pessime sunt. Secundum est leo. Leo qui magna non ti
met sed quedam parua. i. album gallum. est iniustus et inordi
natus timor. sed hic supra modum infinitos dampnat.
Exo. Robustos moab. ob. tus. Ieremie. Aspexi et non erat
vir. et cotidie dietam suam plenam ad infernum tendunt.
et hii dies gratie et omnium bonorum in eis decrescit. et
nescienter et pena noctis crescit. Tale timorem

Signum Julii. B.

·L·

Signum Augusti.